



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum spiritualis substantia quæ est anima humana vniatur corpori per
medium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

Ad octavum dicendum, quod quanto aliqua forma est altior, tanto plus indiget a potentiori agente produci. vnde cum anima humana sit altissima omnium formarum, producitur a potentissimo agente, scilicet Deo, alio tamē modo quam alia formae a quibuscumque agentibus. Nam alia formae non sunt subsistentes. vnde esse non est earum, sed eis aliqua sunt. vnde fieri earum est secundum quod materia vel subiectum reducitur de potentia in actum. Et hoc est formam educi de potentia materiae absque additione alicuius extrinseci. Sed ipsa anima habet esse subsistens. unde sibi proprie debetur fieri, & corpus trahitur ad esse eius. Et propter hoc dicitur quod est ab extrinseci, & quod non educitur de potentia materiae. Vnde patet solutio ad 9.

Ad x. dicendum, quod spiritus magis convenit cum spiritu quam cum corpore convenientia naturae: sed convenientia proportionis, quae requiritur inter formam & materiam, magis convenit spiritus cum corpore, quam spiritus cum spiritu, cum duo spiritus sint duo actus: corpus autē comparatur ad animam, sicut potentia ad actum.

Ad xi. dicendum, quod Angelus & anima sunt pares natura generis, in quantum utrumque est intellectualis substantia: sed Angelus natura speciei est superior, ut patet per Dionysium. 4. capite caelest. Hierarchiae.

Ad xii. dicendum, quod rationale proprie acceptū est differentia animae non Angeli, sed magis intellectualis, ut Dionysius utitur, quia Angelus non cognoscit veritatem per discursum rationis, sed simpliciter intuitu, quod est proprie intelligere. Si tamen rationale large accipiatur, tunc dicendum est quod non est ultima differentia specifica, sed dividitur per alias específicas differentias propter dueros gradus intelligendi.

Ad xiii. dicendum, quod intellectus non dicitur esse actus partis alicuius corporis, in quantum est potentia non utens organo: ipsa tamen substantia animae unitur corpori ut forma, sicut dictum est.

Ad xiiii. dicendum, quod illis mulieribus discursus dicitur accidere in spiritu, non quod spiritus, id est substantia animae extra corpus operetur: sed quia in spiritu hoc est in phantastico animae huiusmodi visus formantur.

Ad xv. dicendum, quod materia sine forma proprie loquendo non potest esse subiectum secundum quod subiectum proprie dicitur aliquid ens actu: sed quod corpus animatum sit ens actu ut possit esse subiectum, non habet ab alia forma quam ab anima, ut infra patebit.

Ad xvi. dicendum, quod corruptibile & incorruptibile non conveniunt in genere secundum considerationem naturalem, propter diversum modum essendi & diversam rationem potentiae in utroque, licet possint convenire in genere logico, quod accipitur secundum intentionem intelligibilem solum. Anima autem licet sit incorruptibilis: non tamen est in alio genere quam corpus: quia cum sit pars humanae naturae, non competit sibi esse in genere vel specie, vel esse personam aut hypostasim, sed compositum. unde etiam nec hoc aliquid dici potest, si per hoc aliquid intelligatur hypostasis vel persona vel individuum in genere aut specie collocatum. Sed si hoc aliquid dicatur omne quod

A potest per se subsistere, sic anima est hoc aliquid.

Ad xvii. dicendum, quod illa positio Commē. est impossibilis, ut ostensum est.

Ad xviii. dicendum, quod de ratione substantiae intellectualis est quod sit immunis a materia a qua dependeat eius esse, sicut totaliter comprehensum a materia. vnde nihil prohibet animam esse substantiam intellectualem & formam corporis, ut supra dictum est.

Ad xix. dicendum, quod ex anima humana & corpore ita fit unum, quod cum anima super excedat corporis proportionem, & ex ea parte qua corpus excedit, attribuitur ei potentia intellectualis. unde non oportet quod species intelligibiles quae sunt in intellectu recipiantur in materia corporali.

ARTICVLVS III.

Utrum substantia spiritualis quae est anima humana, uniuertur corpori per medium.

TERTIO quaeritur, Utrum substantia spiritualis, quae est anima humana, uniuertur corpori per medium. Et videtur quod sic. Dionys. enim dicit 8. cap. caelest. Hierar. quod suprema coniunguntur infimis per media. Sed inter substantiam spirituales & corpus sunt media, anima vegetabilis, & sensibilis. ergo substantia spiritualis quae est anima rationalis uniuertur corpori mediāte vegetabili, & sensibili.

¶ 2. Præter. Philosoph. dicit in secundo de Anima, quod anima est actus corporis organici Physici potentia vitam habentis. Corpus ergo Physicum organicum potentia vitam habens comparatur ad animam, ut materia ad formam. Sed hoc scilicet corpus Physicum organicum, non est nisi per aliquam formam substantialem, ergo illa forma substantialis quaecumque sit, praecedit in materia substantiam spirituales quae est anima rationalis, & eadem ratione alia formae consequentes, quae sunt anima sensibilis, & vegetabilis.

¶ 3. Præter. Quamuis materia non sit genus nec differentia forma, quia eorum neutrum praedicatur de composito, genus autem & differentia de specie praedicantur: tamen secundum Philosophum in 8. Metaphysico. genus sumitur a materia, & differentia a forma. Sed genus hominis est animal, quod sumitur a natura sensitua, differentia vero rationale, quod sumitur ab anima rationali. Natura ergo sensitua se habet ad animam rationalem, ut materia ad formam. Sed natura sensitua perficit per animam sensitivam, ergo anima sensitua praexistit animae rationali in materia, & eadem ratione omnes aliae formae praecedentes.

¶ 4. Præter. Ut probatur in 8. Phys. omne mouens seipsum dividitur in duas partes, quarum una est mouens & alia mota. Sed homo & quodlibet animal est mouens seipsum: pars autem eius mouens est anima, pars autem mota non potest esse materia nuda, sed oportet esse corpus, quia omne quod mouetur est corpus. ut probatur 6. Phys. Corpus autem est per aliquam formam. praexistit ergo aliqua forma in materia ante animam, & sic idē quod prius.

¶ 5. Præter. Damascē. dicit quod tanta est simplicitas diuinæ essentiae, ut non congruat veritas. Quæst. dist. S. Tho. BB 2 burn

Cap. 8. cael. Hierar. a me dio illius.

Lib. 8. com. 6. to. 2.

Lib. 8. com. 6. to. 2.

Lib. 8. com. 3. to. 2.

Lib. 8. com. 3. 86. & seq.

Lib. 1. cap. 6. circa modum illius.

bum uniri carni, nisi mediante anima. Distinctio ergo secundum simplex & compositum impedit quod aliqua non possunt coniungi sine medio. Sed anima rationalis & corpus maxime distant secundum simplex & compositum. ergo oportet quod uniantur per medium.

cap. 14. circa
mediu. to. 3.

¶ 6. Præt. Aug. dicit in libro de spiritu & anima, quod anima que vere spiritus est, & caro que vere corpus est, in suis extremitatibus facile & conuenienter distinguuntur, & in phantastico animæ, quod corpus non est, sed simile corpori, & sensualitate corporis, quæ vere spiritus est, quia sine anima fieri non potest, coniunguntur. ergo anima coniungitur corpori per duo media, scilicet per phantasticum & sensualitatem.

in lib. de spi-
ritu & anima
c. 15. in prin.
to. 5.

¶ 7. Præt. In eodem libro dicitur, cum anima sit incorporea per subtiliorem naturam corporis sui, id est per ignem & aerem corpus administrat. Eadem autem ratione corpus administrat qua ei vnitur. deficientibus enim his quibus administrat corpus, anima discedit a corpore, ut Augustin. dicit septimo super Gene. ad literam. ergo anima vnitur corpori per medium.

Lib. 7. c. 19. 2
medio to. 3.

¶ 8. Præt. Ea quæ maxime differunt, non coniunguntur nisi per medium. Sed corruptibile & incorruptibile maxime differunt, ut dicitur in 10. Metaphysicorum. Anima ergo humana quæ est incorruptibilis, non vnitur corpori corruptibili nisi per medium.

Lib. 10. com.
26. to. 3.

¶ 9. Præt. Philosophus quidam dicit in libro de differentia spiritus & animæ, quod anima vnitur corpori mediante spiritu. vnitur ergo ei per medium.

lib. 8. c. 6. 15.
& 16. to. 3.

¶ 10. Præt. Quæ sunt diuersa per essentiam, non vnuntur sine medio. Oportet enim aliquid esse quod faciat ea vnum, ut patet 8. Metaphysicorum. Sed anima & corpus differunt per essentiam. ergo non possunt uniri nisi per medium.

¶ 11. Præt. Anima vnitur corpori, ut perficiatur per huiusmodi unionem, quia forma non est propter materiam, sed materia propter formam. perficitur autem anima ex unione corporis, præcipue quantum ad intelligere phantasticum, in quantum scilicet intelligit abstrahendo a phantasmatibus. ergo vnitur corpori per phantasmatia quæ non sunt neque de essentia corporis neque de essentia animæ. ergo anima vnitur corpori per medium.

¶ 12. Præt. Corpus ante aduentum animæ rationalis in materno utero habet aliquam formam. Adueniente autem anima rationali non est dicere quod illa forma deficiat, quia neque cedit in nihilum, neque esset dare in quid rediret. ergo forma aliqua præexistit in materia ante animam rationalem.

Lib. 2. de gen-
animali c. 4.

¶ 13. Præt. In embrione ante aduentum animæ rationalis apparent opera uitæ, ut patet in decimo sexto de Animalibus. Sed opera uitæ non sunt nisi ab anima. ergo alia anima præexistit in corpore ante aduentum animæ rationalis. Et sic videtur quod anima rationalis uniat corpori mediante alia anima.

lib. 2. c. 6. 12.
to. 2.

¶ 14. Præt. Dum abstrahentium non sit mendacium, ut dicitur in 2. Physicorum. Oportet corpus de quo Mathematici loquuntur aliquid esse. Cum ergo non sit separatim a sensibilibus, sequitur quod sit in sensibilibus. Sed ad hoc quod sit corpus requiritur forma corporeitatis. ergo for-

ma corporeitatis ad minus præintelligitur in corpore humano, quod est corpus sensibile anime humanam.

¶ 15. Præt. In septimo Metaphysicorum dicitur quod omnis definitio habet partes, & quod partes definitionis sunt formæ. In quolibet ergo definito oportet esse plures formas. Cum ergo homo sit definitum, necesse est in eo ponere plures formas. Et ita aliqua forma præexistit ante animam rationalem.

¶ 16. Præt. Nihil dat quod non habet. Sed anima rationalis non habet corporeitatem. Ergo sit incorporea. ergo non dat homini corporeitatem, & ita oportet quod homo habeat hoc a forma.

¶ 17. Præt. Commenta. dicit, quod materia prius recipit formas vniuersales quam particulares, ut pote prius formam corporis quam formam animati corporis, & sic deinceps. Cum ergo anima humana sit vltima forma, & maxime specificatur quod præsupponat alias formas vniuersales materia.

¶ 18. Præt. Comment. dicit in libro de subtilitatibus, quod dimensiones præexistunt in materia te formas elementares. Sed dimensiones sunt potentia & præsupponunt aliquam formam substantialem in materia, alioquin esse accidentale haberet esse substantiale. ergo ante formam elementarem præexistit in materia aliqua alia substantialis. Multo igitur fortius ante animam rationalem.

¶ 19. Præt. Secundum Philosophum in libro generatione, facilius aer conuertitur in ignem aqua propter hoc quod conuenit eorum qualitate, scilicet calore. Cui ergo ex parte oportet quod maneat idem calor speciem, ferret speciem calor ignis & calor aeris, & non quatuor tantum, quia in duobus elementis inuenitur. Si ergo maneat quod remaneat idem speciem, sed differenter, non erit facilius conuersio aeris in ignem, quam aquæ in ignem, quia forma ignis habet rumpere duas qualitates in aerem sicut in aquam. Inquit ergo quod sit idem calor numerus hoc non potest esse nisi præexistente aliqua substantiali, quæ utroque remanet ut seruat subiectum caloris unum. Non enim esse accidens unum numero, nisi subiectum vnum. Oportet ergo dicere quod ante formam simplicis, præintelligatur in materia forma substantialis. Multo igitur magis ante animam rationalem.

¶ 20. Præt. Materia prima quantum est de se ferenter se habet ad omnes formas. Si ergo præexistant quædam formæ & dispositiones alias per quas approprietur ad hanc formam illam, non magis recipitur in ea hæc forma illa.

¶ 21. Præt. Materia vnitur formæ per potentiam ei potest subesse. Sed potentia illa non est essentia materiæ, sic enim esset æqualitas materiam Deo, quod est sua potentia. Cedit ergo per medium inter materiam & animam, & quædam aliam formam.

SED CONTRA est in libro de Eccelesiasticis dogmatibus: Neque duas in homine anime

mus, unam animalem, quae corpus unificet, aliam spiritualem, quae rationem ministret. Ex hoc sic arguitur, sicut homo est in genere animalis, ita est in genere animati corporis & substantiae: sed per unam & eandem formam, quae est anima, est homo & animal, ut praedicta auctoritate patet. ergo eadem ratione per unam, & eandem formam collocatur in omnibus generibus superioribus: & sic non praerxi sit ante animam aliqua forma in materia.

¶ 2 Præt. Plus distat Deus & anima, quam anima & corpus: sed in mysterio incarnationis uerbum est unum animae immediate. ergo multo fortius anima potest uniri corpori immediate.

¶ 3 Præt. Medium oportet participare cum utroque extremorum: sed non potest esse aliquid quod partim sit corporale, & partim spirituale. ergo non potest aliquid cadere mediū inter animam & corpus.

¶ 4 Præt. Magister dicit in prima distinctio. secundi libri sententiarum, quod unio animae ad corpus, est exemplum illius beatae unionis, qua anima beata coniungitur Deo. sed illa coniunctio fit sine medio, ergo & ita unio.

¶ 5 Præt. Philosophus dicit in primo de Anima, quod corpus non continet animam, sed magis anima corpus. Et dicit ibidem Comment. quod anima est causa continuitatis corporis. Sed continuitas corporis dependet a forma substantialiter per quam corpus est corpus. ergo ipsa anima rationalis est forma in homine, qua corpus est corpus.

¶ 6 Præt. Efficacior est & uirtuosior anima rationalis, quam forma simplicis elementis: sed a forma simplicis elementis habet corpus simplex quicquid substantialiter est. ergo multo fortius ab anima corpus humanum: & sic non praerxi sit aliqua forma, uel aliquid medium.

RESPON. Dicendum, quod huius quaestiones ueritas aequaliter dependet ex praemissa. Si enim anima rationalis unitur corpori solum per coactum uirtualem, ut motor, ut aliqui posuerunt, nihil prohibebit dicere quod sint multa media inter animam & corpus, & magis inter animam & materiam primam: si uero ponatur anima uniri corpori ut forma, necesse est dicere quod uniatu ei immediate. Omnis enim forma siue substantialis, siue accidentalis unitur materiae, uel subiecto. unumquodque enim secundum hoc est unum secundum quod est ens: est autem unum quodque ens actu per formam, siue secundum esse substantiale, siue secundum esse accidentale. unde omnis forma est actus, & per consequens est ratio unitatis, qua aliquid est unum. Sicut igitur non est dicere quod sit aliquid aliud medium, quo materia habeat esse per suam formam: ita non potest dici quod sit aliquid aliud medium uniens formam materiae, uel subiecto. Secundum igitur quod anima est forma corporis, non potest esse aliquid medium inter animam & corpus: secundum uero quod est motor, sic nihil prohibet imponere multa media. manifeste enim anima per corpus mouet alia membra, & etiam per spiritum mouet corpus. Sed tunc dubium restat, quod sit proprium subiectum animae, quod comparetur ad ipsam sicut materia ad formam. Circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod sunt multae formae substantiales in eodem individuo, quarum una subternitur alteri, & sic materia prima non est immediatum subiectum ultimae formae substantialis, sed subijcitur ei mediantibus formis medijs, ita quod

A ipsa materia secundum quod est sub forma prima, est subiectum proximum formae secundae, & sic deinceps usque ad ultimam formam. Sic igitur subiectum animae rationalis proximum est corpus perfectum anima sensitua, & huic unitur anima rationalis immediate ut forma. Alia opinio est, quod in uno individuo non est, nisi una forma substantialis. Et secundum hoc oportet dicere, quod per formam substantialem, quae est forma humana, habet hoc individuum non solum quod sit homo, sed quod sit animal, & quod sit uiuum, & quod sit corpus, & substantia, & ens, & sic nulla alia forma substantialis praecedat in hoc homine animam humanam, & per consequens nec accidentalis: quia tunc oportet dicere quod materia prius perficiatur per formam accidentalem quam substantialem, quod est impossibile: oportet enim omne accidens fundari in substantia. Harum autem duarum opinionum diuersitas ex hoc procedit, quod quidam ad inquirendam ueritatem de natura rerum, processerunt ex rationibus intelligibilibus. & hoc fuit proprium Platoniorum: quidam uero ex rebus sensibilibus, & hoc fuit proprium Philosophiae Aristot. ut dicit Simplicius in commento super Praedicamenta.

B Considerauerunt Platonici ordinem quandam generum & specierum, & quod superius potest intelligi sine inferiori, sicut homo sine hoc homine, & animal sine homine, & sic deinceps. Existimauerunt etiam quod quicquid est abstractum in intellectu, sit abstractum in re: alias uidebatur eis quod intellectus abstrahens esset falsus aut uanus, si nulla res abstracta ei responderet, propter quod etiam crederetur Mathematica esse abstracta a sensibilibus, quia sine eis intelliguntur. unde posuerunt hominem abstractum ab his hominibus, & sic deinceps usque ad ens & unum & bonum, quod posuerunt summam rerum uirtutem. uiderunt enim quod semper inferiorius particularius est suo superiori, & quod natura superioris participatur in inferiori. participans autem se habet, ut materiale ad participatum. unde posuerunt quod inter abstracta, quanto aliquid est uniuersalius, tanto est formalius. Quidam uero se

C cundum eandem uiam ingredientes, ex opposito posuerunt quod quanto aliqua forma est uniuersalior, tanto est magis materialis. Et haec est positio Anicebron in libro Fontis uiae. posuit enim materiam primam abique omni forma, quam uocauit materiam uniuersalem, & dixit eam communem substantijs spiritualibus, & corporalibus, cui dixit aduenire formam uniuersalem, quae est forma substantiae. Materiam autem sic sub forma substantiae existentem in aliquo sui dixit recipere formam corporeitatis, alia parte eius, quae pertinet ad spirituales substantias, sine huiusmodi forma remanente.

D E & sic deinceps posuit in materia formam sub forma secundum ordinem generum, & specierum usque ad ultimam speciem specialissimam. Et haec positio, quam uis uideatur discordare a prima, tamen secundum rei ueritatem cum ea concordat, & est sequela eius. Posuerunt enim Platonici, quod quanto aliqua causa est uniuersalior, & formalior, tanto eius perfectio in aliquo individuo magis est subtracta. unde effectum primi abstracti, quod est bonum, posuerunt materiam primam, ut supremo agenti respondeat primum subiectum, & sic deinceps secundum ordinem causarum abstractarum & formarum participatarum in materia, sicut Quæst. dist. S. Tho. BB 3 uni-

vniversalius abstractum est formalius, ita vniversa-
 lior forma participata est materialior. Sed hæc po-
 sitio secundum vera Philosophiæ principia, quæ
 consideravit Aristoteles, est impossibilis. primo
 quidem, quia nullum indiuiduum substantiæ esset
 simpliciter vnum. Non enim fit simpliciter vnum
 ex duobus actibus, sed ex potentia & actu, inquan-
 tum id quod est potentia, fit actu. Et propter hoc
 homo albus non est simpliciter vnum, sed animal
 bipes est simpliciter vnum, quia hoc ipsum, quod
 est animal, est bipes. Si autem esset seorsum animal
 & seorsum bipes, homo non esset vnum, sed plura,
 vt Philosophus argumentatur in 3. & 8. Metaphy.
 Manifestum est ergo, quod si multiplicarentur mul-
 tæ formæ substantiales in vno indiuiduo substan-
 tiæ, quod indiuiduum substantiæ non esset vnum
 simpliciter, sed secundum quid, sicut homo albus.
 Secundo vero, quia in hoc consistit ratio accidentis
 quod sit in subiecto, ita tamen quod per subie-
 ctum intelligatur aliquod ens actu, & non in potē-
 tia tñ, secundum quem modum forma substantialis
 non est in subiecto, sed in materia. Cuicumque er-
 go formæ substernitur aliquod ens actu quocun-
 que modo, illa forma est accidens. Manifestum est
 autem quod qualibet forma substantialis, quæcunque
 sit, facit ens actu, & constituit. vnde sequitur quod sola
 prima forma, quæ aduenit materiæ, fit substantialis,
 oēs uero subsequenter aduenientes sint accidenta-
 les. Nec hoc excluditur per hoc quod quidam dicunt,
 quod prima forma est in potentia ad secundam, quia
 omne subiectum comparatur ad suum accidens, vt
 potentia ad actum. Completior est esset forma cor-
 poralis, quæ præstaret susceptibilitatem vitæ, quam
 illa, quæ non præstaret. vnde, si forma corporis ina-
 nimari facit ipsum esse subiectum, multo magis for-
 ma corporis potentia vitam habentis facit ipsum ef-
 se subiectum, & sic anima esset forma in subiecto,
 quod est ratio accidentis. Tertio, quia sequeretur
 quod in ademptione postremæ formæ, nõ esset gene-
 ratio simpliciter, sed secundum quid tantum. Cum
 enim generatio sit transmutatio de non esse in esse,
 id simpliciter generat quod fit ens simpliciter, loquē-
 do de non ente simpliciter. Quod autem præexistit
 ens actu, non potest fieri ens simpliciter, sed potest fie-
 ri ens hoc, ut albi, uel magnum, quod est fieri secū-
 dum quid. Cum igitur forma præcedens in materia
 faciat esse actu, subsequens forma nõ faciet esse sim-
 pliciter, sed esse hoc, ut esse hominem, uel asinum, uel
 plantam. Et sic non erit generatio simpliciter. Et pp
 hoc omnes antiqui, qui posuerunt materiam pri-
 mam esse aliquid actu, vt ignem, aerē, aut aquam,
 aut aliquid medium, dixerunt quod fieri nihil erat nisi
 alterari, & Aristoteles eorum dubitationem soluit
 ponendo materiam esse in potentia tantum, quæ di-
 cit esse subiectum generationis, & corruptionis sim-
 pliciter. Et quia materia nunquam denudatur ab
 omni forma, pp hoc quandoocunque recipit vnā
 formam, perdit aliā, & econtrario. Sic ergo dicimus
 quod in hoc homine non est alia forma substantialis
 quæ anima rationalis, & quod per eam homo non solū
 est homo, sed animal, & viuū, & corpus, & substā-
 tia, & ens. Quod quidem sic considerari potest. For-
 ma. n. est similitudo agentis in materia. In virtutibus
 autem actiuis, & operatiuis hoc inuenitur, quod
 quanto aliqua virtus est altior, tanto in se plura
 comprehendit, non composita, sed vnite, sicut
 secundum vnā virtutem, sensus communis se-

Extendit ad omnia sensibilia, quæ secundum
 potētiā, sensus proprii apprehendunt. per
 autem agētis est inducere perfectiorem
 unde perfectior forma facit per vnum omnia
 inferiores faciunt per diuersa, & adhuc ampli-
 ta si forma corporis inanimati dat materiam
 esse corpus, & forma plantæ dabit ei & hoc
 per viuere. Anima uero sensitua & hoc, in
 sensibile esse. Anima uero rationalis & hoc, in
 per rationale esse. Sic enim inueniuntur differe-
 mæ rerum naturalium secundum perfectum
 gis perfectum, ut patet inueniuntur. propter quod
 cius comparatur numeris. ut dicitur in 8. Metaphy.
 sico. quorum species per additionem & subtra-
 nem vnitate variatur. vnde etiam Aristoteles
 de Anima dicit, quod vegetatiuum est in tri-
 & intellectiuum in vegetatiuo, sicut trigonum in
 tragono, & tetragonum in pentagono. pentagonum
 enim virtute continet tetragonum, habet enim
 & adhuc amplius. Non autem quod seorsum
 tragono sit id, quod est tetragonum, & id quod
 ragoni proprium tamquam duæ figuræ. Sic
 anima intellectiua virtute continet sensitua
 habet hoc, & adhuc amplius, non tamen ita
 sint duæ animæ. Si autem diceretur quod anima
 intellectiua differret per essentiam a sensitua
 mine, non posset assignari ratio vnionis
 intellectiua ad corpus, cum nulla operatio per
 animæ intellectiua sit per organum corporis
 AD PRIMUM ergo dicendum, quod
 Dionysij intelligenda est de causis agentibus
 de causis formalibus.
 AD SECUNDUM dicendum, quod cum
 fecissima det omnia, quæ dant formam
 res & adhuc amplius, materia prout
 tur eo modo perfectionis, quo perfectior
 imperfectioribus, consideratur ut materia
 etiam illiusmodi perfectionis quæ addit
 forma super alias: ita tamen quod non
 hæc distinctio in formis secundum esse
 solum secundum intelligibilem rationem
 ipsa materia secundum quod intelligitur
 ta in esse corporeo susceptiuo vitæ, est
 subiectum animæ.
 AD TERTIUM dicendum, quod cum anima
 vere est homo, distinctio naturæ animalis
 ne non est secundum diuersitatem realiter
 rum, quasi alia forma sit per quam sit
 per additur altera per quam sit homo, sed
 rationes intelligibiles. Secundum enim
 tur corpus perfectum in esse sensibile ab
 comparatur ad perfectionem vltimam, quæ
 anima rationali in quantum huiusmodi, ut
 le ad formale. Cum enim genus & species
 cent quasdam intentiones intelligibiles, per
 ritur ad distinctionem speciei & generis
 realis formarum, sed intelligibilis tantum.
 AD QUARTUM dicendum, quod anima mouetur
 per cognitionem & appetitum. vis autem sensitua
 titiua in animali habent determinatum
 sic ab illo organo incipit motus animalis
 cor secundum Aristotelem. Sic igitur una pars
 mouens & altera est mota, ut pars mouens
 primum organum animæ appetitur, & corpus
 corpus sit motū. Sed quia in homine mouetur
 & intellectus, quod non sunt alicuius organi
 uens erit ipsa anima secundum partem intellectiua

Ex 9. Met.

lib. 8. co. 15.
 tom. 1.

lib. 1. Phy.
 co. 89. to. 1.

motum autem corpus secundum quod est perfectum ab ipsa anima, in esse corporeo.

AD QUINTVM dicendum, q in incarnatione verbi anima ponitur medium inter verbum, & carnem, non necessitatis sed congruentia. Vnde & separata anima a carne in morte Christi, remansit verbum immediate carni unitum.

AD SEPTIMVM dicendum, q liber ille non est Augustini nec est multum authenticus, & in hoc verbo satis improprie loquitur. vtrumque. n. ad animam pertinet, & phantasticum, & sensibiltas in dñs sentia iitas ad carnem referri, in quantum est appetitus rerum ad corpus pertinentium phantasticum autem ad animam, in quantum in eo sunt similitudines corporum sine corporibus: hæc autem dicuntur esse media inter animam, & carnem, non prout anima est forma corporis, sed prout est motor.

AD SEPTIMVM dicendum, q administratio corporis pertinet ad animam in quantum est motor, non in quantum est forma. Et licet ea quibus anima administrat corpus, sint necessaria ad hoc, q anima sit in corpore, vt propria dispositiones talis materiaz: non tamen propter hoc sequitur quod eadem sit ratio administrationis, & formalis vnionis. Sicut enim eadem est secundum substantiam anima, quæ est motor, & forma, sed differt ratione: ita & eadem sunt quæ sunt necessaria ad vnionem formalem, & ad administrationem, licet non secundum eandem rationem.

AD OCTAVVM dicendum, q per hoc q anima differt a corpore, ut corruptibile ab incorruptibili, non tollitur quin sit forma eius, vt ex supradictis patet. vnde sequitur quod immediate vnitur.

AD NONVM dicendum, q anima dñi vniri corpori per spiritum in quantum est motor: quia principium qd mouetur ab anima in corpore est spiritus, vt Arist. dicit in libro de Causa motus animalium. tamen etiam ille liber non est magnæ auctoritatis:

AD X. dicendum, quod si aliqua duo sunt diuersa per essentiam, ita quod vtrumque habeat naturam suam speciei completam, non possunt vniri nisi per medium aliquod ligans & vnians. Anima autem & corpus non sunt huiusmodi, cum vtrumque naturaliter sit pars hominis: sed comparantur adinuicem vt materia ad formam, quarum vnio est immediata, ut ostensum est.

AD XI. dicendum, quod anima vnitur corpori, ut perficiatur non solum quantum ad intelligere phantasticum: sed etiam quantum ad naturam speciei, & quantum ad alias operationes quas exercet per corpus. Tamen dato quod solum propter intelligere, phantasticum ei vniretur, non sequeretur q vnio esset mediante phantasmate. Sic enim vnitur anima corpori propter intelligere, ut per eam homo intelligat, quod nõ esset si fieret vnio per phantasmata, ut ostensum est supra.

AD XII. dicendum, q corpus antequam animeatur habet aliquam formam: ista autem forma non manet aia adueniente. Aduentus enim anime est p quãdam generationem, generatio autem vnus est non sine corruptione alicuius: sicut cum recipitur forma ignis in materia ætis definit esse actu in ea forma ætis, & remanet in potentia tñ. Nec est dicendum, q forma fiat vel corrumpari, quia eius est fieri, & corrumpi, cuius est esse, quod non est forma ut existens, sed sicut eius quo aliquid est. vnde & fieri non dicitur nisi cõpositum, in quantum redu-

citur de potentia in actum.

AD XIII. Dicendum, q in embrione apparent quãdam opera vitæ: sed quidam dixerunt huiusmodi opera esse ab anima matris. Sed hoc est impossibile, quia de ratione operum vitæ est, q sint a principio intrinseco quod est anima. Quidam vero dixerunt, q a principio inest anima vegetabilis, & illa eadem cum fuerit magis perfecta sit anima sensitua, & tandem sit anima intellectiua, sed per actionem exterioris agentis quod est Deus. Sed hoc est impossibile. primo quia sequeretur q forma substantialis reciperet magis, & minus, & q generatio esset motus continuus. Secundo quia sequeretur animam rationalem esse corruptibilem, cum vegetabilis, & sensibilis corruptibiles sint, dum ponitur fundamentum anime rationalis esse substantia vegetabilis, & sensibilis. Non autem dici potest quod sint tres anime in vno corpore, ut ostensum est. relinquitur ergo dicendum, q in generatione hominis, vel animalis sunt multe generationes, & corruptiones sibi inuicem succedentes. Adueniẽte enim perfectiori forma, deficit imperfectior. Et sic cum in embrione primo sit anima vegetatiua tantum, cum pertentum fuerit ad maiorem perfectionem tollitur forma imperfecta, & succedit forma perfectior, quæ est anima vegetatiua, & sensitua simul, & vltimo cedente, succedit vltima forma completissima, quæ est anima rationalis.

AD XIII. Dicendum, q corpus mathematicum dicitur corpus abstractum. vnde dicere corpus mathematicum esse in sensibilibus, est dicere duo opposita simul, vt Arist. argumentatur in 3. Metaphisico. contra quosdam Platonicos hoc ponentes. Nec tamen sequitur, quod abstrahendum sit mendacium, si corpus mathematicum sit tantum in intellectu: quia non intelligit intellectus abstrahens, corpus aliquod esse non in sensibilibus: sed intelligit ipsum, non intelligendo sensibilia, sicut si quis intelligat hominem, non intelligendo eius risibilitatem, non mentitur: mentiretur autem si intelligeret hominem, non esse risibilem. Dico tamen quod si corpus mathematicum esset in corpore sensibili, cum corpus mathematicum sit dimensionale, tantum pertineret ad genus quantitatis. vnde non requireretur ad ipsum aliqua forma substantialis. Corpus autem quod est in genere substantiæ, habet formam substantialem, quæ dicitur corporeitas, quæ non est tres dimensiones: sed quæcunque forma substantialis, ex qua sequuntur in materia tres dimensiones. Et hæc forma in igne est igneitas, in animali anima sensitua, & in homine anima intellectiua.

AD XIV. dicendum, quod partes definitionis sunt partes formæ vel speciei, non propter realem differentiam formarum: sed secundum distinctionem intelligibilem, ut dictum est ad tertium.

AD XV. dicendum, quod licet anima nõ habeat corporeitatem in actu: habet tamen uirtute, sicut Sol calorem.

AD XVI. dicendum, quod ordo ille quem Cõmentator tangit, est secundum rationem intelligibilem tantum, quia prius intelligitur materia perfici secundum rationem formæ uniuersalis quàm specialis: sicut prius intelligitur aliquid ens quàm viuum, & viuum, quàm animal, & animal, quàm homo.

AD XVII. dicendum, q quilibet esse generis vel speciei cõsequuntur ppria accidentia illius generis, vel speciei, Quæst. dist. S. Tho. BB 4 vnde

ia corp. ar.

Lib. 3. cõ. 6. ro. 3.

In solutio. ad 3. argu.

vnde quando iam materia intelligitur perfecta secundum rationem huius generis quod est corpus, possit in ea intelligi dimensiones, quæ sunt propria accidentia huius generis, & sic consequenter ordinem intelligibilem in materia, secundum diuersas eius partes diuersæ formæ elementares.

AD XIX. dicendum, quod idem specie calor est in igne & aere, quia quælibet qualitas specialiter attribuitur uni elemento in quo est perfecta, & per concomitantiam vel derivationem alteri, in imperfectius. Cum ergo ex hoc aere sit hic ignis, calor manet idem specie, sed augmentatus, non tamen idem numero, quia non manet idem subiectum: nec hoc facit ad difficultatem conuersionis cum corrumpatur per accidens ex corruptione subiecti, & non ex contrarietate agentis.

AD XX. dicendum, quod materia prout nuda consideratur, se habet indifferentem ad omnes formas, sed determinatur ad speciales formas per virtutem mouentis: ut tradit in secundo de Generatione. Et secundum ordinem intelligibilem formarum in materia, est ordo agentium naturalium. Inter ipsa enim corpora caelestia vnum est vniuersalius actiuum quam aliterum: nec vniuersalius agens agit seorsum ab inferioribus agentibus, sed vltimum agens proprium, agit in virtute omnium superiorum. vnde non imprimatur a diuersis agentibus diuersæ formæ in uno individuo, sed vna forma est quæ imprimatur a proximo agente, continens in se virtute omnes formas præcedentes. Et materia secundum quod consideratur perfecta sub ratione formæ vniuersalioris & accidentium consequentium, fit propria ad subsequenter perfectionem.

AD XXI. dicendum, quod cum vnumquodque genus diuidatur per potentiam & actum: ipsa potentia quæ est in genere substantiæ, materia est, sicut forma actus, vnde materia non subest formæ mediante aliqua potentia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum tota anima sit in qualibet parte corporis.

QVARTO quaeritur, Vtrum tota anima sit in qualibet parte corporis. Et videtur quod non. Dicit enim Aristoteles in libro de Causa motus animalium, nihil opus est in vnoquoque corporis esse animam, sed in quodam corporis principio existere. In natura nihil est frustra, non est ergo anima in qualibet parte corporis.

¶ 2. Præter. Ex corpore & anima constituitur animal. Si igitur in qualibet parte corporis esset anima, quælibet pars animalis esset animal, quod est inconueniens.

¶ 3. Præter. In quocumque est subiectum, & proprietates subiecti: sed omnes potentiae animæ sunt in essentia animæ sicut & proprietates in subiecto, ergo si anima esset in qualibet parte corporis, sequeretur quod in qualibet parte corporis essent omnes potentiae animæ. Et sic auditus erit in oculo, & visus in auro, quod est inconueniens.

¶ 4. Præter. Nulla forma quæ requirit dissimilitudinem partium, inuenitur in qualibet parte, ut patet de forma domus, quæ non est in quacumque parte domus, sed in tota domo. Formæ vero quæ non requirunt dissimilitudinem partium, sunt in singulis partibus, ut forma aeris & ignis. Anima autem est forma requirens dissimilitudinem partium: ut patet in omnibus animatis, ergo anima non est in qualibet parte corporis.

¶ 5. Præter. Nulla forma quæ extenditur secundum extensionem materiæ, est tota in qualibet parte suæ ma-

terix; sed anima extenditur secundum extensionem materiæ. dicitur enim in libro de Quantitate materiae, tantam aeternitate esse animam, quantum est extensio corporis esse patiuntur, ergo anima non est tota in qualibet parte corporis.

¶ 6. Præter. Quod anima sit in qualibet parte corporis, præcipue videtur ex hoc quod in qualibet parte corporis parte agit. Sed anima operatur vbi non est, ut Aug. dicit ad Volufianum, anima sentit & agit in caelo vbi non est. Non est ergo necessarium animam esse in qualibet parte corporis.

¶ 7. Præter. Secundum Philosophum, motus nobis inuenitur ea quæ in nobis sunt. Contingit autem vna pars corporis moueri alia quiescente. Si ergo anima sit in qualibet parte corporis, sequitur quod si moueatur & quiescat, quod videtur inconueniens.

¶ 8. Præter. Si anima est in qualibet parte corporis, quæque pars corporis immediatum ordinem tribuit ad animam, & sic non dependet aliquid a parte de, quod est contra Hieronymum super Mattheum, dicit quod principale hominis non est in cerebro.

¶ 9. Præter. Nulla forma quæ requirit determinatam figuram, potest esse vbi non est illa figura, sed in corpore secundum determinatam figuram. Dicit enim Commentarius in primo de Anima, quodlibet corpus animalis habet figuram partem.

Et hoc manifestatur in speciebus animalium, bra enim leonis non differunt a membris corpore propter diuersitatem animæ: ergo cum in parte inueniatur figura totius animæ non erit in parte hoc est quod idem Commentarius dicit in eodem libro, quod si cor habet naturam recipiendam quia habet talem figuram, manifestum est quod eius non recipit illam animam, quia non habet talem figuram.

¶ 10. Præter. Quanto aliquid est magis abstractum minus determinatur ad aliquod corpus animalis. Angelus est magis abstractus quam anima, determinatur autem Angelus ad aliquam partem corporis quod mouet, & non est in qualibet parte corporis per Philosophum in 8. Physicorum, quod motor cæli non est in centro, sed in aliqua parte circumferentiæ. Multo minus igitur anima est in qualibet parte sui corporis.

¶ 11. Præter. Si in quacumque parte corporis anima est, anima, pari ratione in quacumque parte corporis est operatio visiva potentia, ibi est visiva potentia. Sed operatio visiva potentia non potest esse, si ibi esset organum visiva potentia, desit operatio visiva, erit propter defectum organum. Erigitur ibi potentia visiva si ibi est organum.

¶ 12. Præter. Si anima est in qualibet parte corporis oportet, quod vbi quæque sit aliqua pars corporis anima: sed pueri crescentis partes incipiunt augumentum ubi prius non erat, ergo & anima incipit esse vbi prius non erat: sed hoc impossibile. Tribus enim modis, aliquid incipit esse vbi prius non erat. Aut per hoc quod deus sicut cum anima creatur & infunditur corpore per propriam transmutationem, sicut cum per transmutationem alterius in ipsum, sicut cum corpus incipit esse in altari. Quorum nullum hic dicitur, ergo anima non est in qualibet parte corporis.

¶ 13. Præter. Anima non est nisi in corpore cuius est actus aut actus corporis organici, ut dicitur in libro de Anima.

lib. 2. c. 55. 10. 1.

2. 7. 10. 6.